Caesar, Gaius Iulius; Glareanus, Henricus Loriti [Oth.]: C. Ivlii Caesaris Commentarii
Friburgi Brisgoiae, 1546 Seite 407



niæ Cæsar auxilium tulit. Item constabat Elide in templo Portenta.
Mineruæ repetitis, atq; enumeratis diebus, quo die præ-
lium secundum fecisset Cæsar, simulachrum uictoriæ,
quod ante ipsam Mineruam collocatum erat, & ad si-
mulachrum Mineruæ spectabat, ad ualuas se templi, li-
menq; conuertisse. Eodemq; die Antiochiæ in Syriâ bis
tantus exercitus clamor, & signorum sonus exauditus
est, ut in muris armata ciuitas discurreret. Hoc idem Pto-
lemaidæ accidit. Pergami in occultis, ac remotis tem-
plis, quò, præter sacerdotes, adire fas nō est, quæ græci ἄδυτα
ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt. Item Trallibus
in templô Victoriæ, ubi Cæsari statuam consecraue-
rant, palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapi-
dum ex pauimento extitisse ostendebatur. Cæsar pau-
cos dies in Asiâ moratus, cum audisset Pompeium Cy-
pri uisum, conjectans eum in Aegyptum iter habere, pro-
pter neceßitudines regni, reliquasq; eius loci opportu-
nitates, cum legionibus, una, quam ex Thessalia se sequi
jusserat, & altera, quàm ex Achaiâ à Fusiô legatô e-
uocauerat, equitibusq; octingentis, & nauibus longis Cæsar
Rhodijs decem, & Asiaticis paucis, Alexandriam per- Alexan-
uenit. In his erant legionibus hominum tria millia du- driā per
centi. Reliqui uulneribus ex prælijs, & labore, ac ma- uenit.
gnitudine itineris confecti consequi non potuerant. Sed
Cæsar confisus fama rerum gestarum, infirmis auxilijs
proficisci non dubitauerat, atq; omnem sibi locum tu-
tum fore existimabat. Alexandriæ de Pompeij morte
cognoscit, atq; ibi primum è naui egrediens clamorem



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/caesar1546/0442
gefördert durch Baden-Württemberg